Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summa theologicae, Fragment - Cod. Schuttern 9

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[s.l.], [15. Jahrh.]

urn:nbn:de:bsz:31-72342

Visual Library

Schuttern 9

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

oppu[...] vnione ad diuina naturam. ergo vnio
illa fuit per gratiam. Respondeo dicendum quod sicut in secunda parte
dictum est. gratia dupliciter dicitur. Vno modo ipsa vo-
luntas dei gratis aliquid donantis. Alio modo
ipsum gratuitum donum dei. Indiget autem humana
natura gratuita dei voluntate ad hoc quod
eleuetur in deum. cum hoc sit supra facultatem
nature sue. Eleuatur autem humana natura in deum
dupliciter. Vno modo per operationem, qua scilicet sancti
cognoscunt et amant deum. Alio modo per esse personale.
qui quidem modus est singularis in christo in quo
humana natura assumpta est ad hoc quod sit persona
filii dei. Manifestum est autem quod ad perfectionem
operationis requiritur quod potentia sit perfecta per habitum. Sed quod
natura habeat esse in suo supposito non fit
mediante aliquo habitu. Sic ergo dicendum
est quod si gratia accipiatur ipsa dei voluntas gratis
aliquid faciens vel gratum seu acceptum aliquid
habens, vnio incarnationis facta est per gratiam.
sicut et vnio sanctorum ad deum per cognitionem et amorem.
Si vero gratia dicatur ipsum gratuitum dei donum
sic ipsum quod est humanam naturam vnitam
esse persone diuine potest dici quedam gratia
inquantum nullis precedentibus meritis hoc est
factum. Non autem ita quod sit aliqua gratia habitualis
qua mediante talis vnio fiat. Ad primum
ergo dicendum quod gratia que est accidens est quedam similitudo
diuinitatis participata in homine. Per incarnationem
autem humana natura non dicitur participasse similitudine
aliqua diuine nature sed dicitur esse coniuncta ip-
si nature diuine in persona filii. Maius autem
est ipsa res quam similitudo eius participata. Ad
secundum dicendum quod gratia habitualis est solum in anima. Sed gratia
id est gratuitum dei donum quod est vniri diuine persone
pertinet ad totam naturam humanam, que componitur ex corpore
et anima. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuini-
tatis in christo corporaliter habitasse, quia vnita
est natura diuina non solum anime sed etiam corpori. Quamuis
etiam possit dici quod dicitur habitasse in christo corporaliter
id est non vmbraliter, sicut habitauit in sacramentis
veteris legis, de quibus ibidem subditur quod sunt
vmbra futurorum, corpus autem est christi, prout scilicet
corpus contra vmbram diuiditur. Dicitur etiam
quidam quod diuinitas dicitur in christo habitasse
tribus modis, sicut corpus habet tres dimensiones.
Vno modo per essentiam presentiam et potentiam sicut in ceteris
creaturis. Alio modo per gratiam gratum facientem sicut
in sanctis. Tertio modo per vnionem personalem quod

est proprium sibi. Vnde patet responsio ad tertium
quia scilicet vnio incarnationis non est facta
solum per gratiam habitualem sicut alii sancti vniuntur
deo, sed secundum subsistentiam siue personam, etc.

Ad xi. sic proceditur.

Videtur quod vnioni incarnationis fuerint
aliqua merita subsecuta. quia
super illud psalmi: Fiat misericordia tua domine super nos quem-
admodum sperauimus in te, dicit glossa: Hic insinuatur
desiderium prophete de incarnatione et meritum
impletionis. Ergo incarnatio cadit sub merito.
Preterea quicumque meretur aliquid meretur illud sine
quo haberi non potest illud. Sed antiqui patres merebantur
vitam eternam, ad quam peruenire non poterant nisi
per incarnationem. Dicit enim Gregorius in libro Moralium: Illi
qui ante christi aduentum in mundum venerunt
quantalibet iustitie virtute pollerent, ex corporibus
educti in sinum celestis patrie statim recipi
nullo modo poterant, quia nondum ille venerat
qui iustorum animas in perpetua sede collocaret.
Ergo videtur quod meruerint incarnationem.
Preterea de beata virgine cantatur quod dominum omnium
meruerat portare. Sed hoc factum est per
incarnationem. Ergo incarnatio cadit sub merito.
Sed contra est quod Augustinus dicit in libro de
predestinatione sanctorum: Quisquis in capite nostro
precedentia merita singularis illius generationis
inuenerit, ipse in nobis membris eius prece-
dentia merita multiplicate regenerationis inquirat.
Sed nulla merita precesserunt regenerationem nostram
secundum illud ad Titum iii: Non ex operibus
iustitie que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam
saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.
Ergo nec illam christi regenerationem aliqua merita
precesserunt. Respondeo dicendum quod quantum ad ipsum christum
manifestum est ex premissis quod nulla eius merita
potuerunt precedere vnionem. Non enim ponimus
quod ante fuerat purus homo, et postea per meritum
bone vite obtinuerat esse filius dei, sicut
posuit Fotinus, sed ponimus quod a principio sue con-
ceptionis ille homo vere fuerit filius dei
secundum illud Luce primo: Quod ex te nascetur sanctum vocabitur
filius dei. Et ideo omnis operatio illius hominis sub-
secuta est vnionem. Vnde nulla eius operatio
potuit esse meritum vnionis. Sed neque etiam
opera cuiuscumque alterius hominis potuerunt esse

meritoria · quia vnionis ex condigno Primo
quidem quia opa meritoria hois pprie or-
dinant ad btitudinem · q est vltius pmu · et
consistit in plena dei fruitione / vnio aut incar-
nacionis / cum sit in esse psonali / excedit
vnionem mentis bte ad deum · q est p actu fruentis ·
et ita no pt cadere sub merito Scdo quia
gra no potest cadere sub merito · q e merendi
principiu · Vnde mlto minus incarnatio cadit
sub merito · q est principiu gre / scdm id Joh p°
gra et veritas / p ihm xpm facta est Tercio
quia incarnacio xpi / est reformatiua totius
[illegible] nature · et io no cadit sub merito alicu-
ius singlaris · q bonu alicu puri hois
no pt e causa totius boni nature · ex congru-
o tn meruerunt sancti patres incarnacionem ·
desiderando et petendo · Congruu em erat
vt deus exaudiret eos q ei obediebant Et
p hoc patz rno ad pmu / Ad ii dicendu q hoc
est falsum · q sub merito cadat omne illud sine
quo premiu esse no pt · queda em st q no
solu requirunt ad pmiu · s eciam preexigunt
ad meritum · sic diuina bonitas et eius gracia ·
et ipa hois na · et sic incarnacionis misteriu
est principiu merendi · quia de plenitudine
xpi omnes accepimus · vt Johis primo
Ad iii dicendu q bta virgo dr meruisse por-
tare dnm xpm / non quia meruit deum
incarnari · s quia meruit ex gra sibi data
[illegible]tis puritatis et sanctitatis gradum vt
[illegible] posset esse mr dei
D xii sic pce ·
Vide q gra vnionis no fuerit xpo
hoi nalis · vnio em in incarnacionis
no est facta in natura · s in psona vt sup dcm
e · Scdm quodz denoiat a termino · ergo
gra illa magis debz dici psonalis q nalis
Pre · gra diuidit contra naz · sicut contraria
q sunt adeo / distinguunt q nalia q st a pncipio
intrinseco · s eorum que ex proposito diuiduntur,
vnu no denoiat ab alio · g° gra xpi no e ei nal
Pre · Nale dr quod est scdm naz · s gra
vnionis no e nalis xpo scdm naz diuinam ·
quia sic conueniret eciam aliis psonis · nec q
nalis est ei scdm naz humana · q sic conueniret
aliis hoibus qui st eiusdem nature cum ipo · ergo
videt q nullo / gra vnionis sit xpo nalis ·

Sed contra est qd Aug dicit in enchir · in
nature humane susceptione / fit quodammodo
ipa gracia illi hoi nalis · q nullu posset
admitte pctm // Rndeo dcdm q scdm phm / v
methaph / natura vno° dicitur ipa natiuitas
Alio modo essencia rei Vnde nale potest
aliqd dici dupl Vno mo q e causatu ex
principiis essencialibus rei · sic igni nale e
sursum ferri Alio mo dicit esse hoi nale / qd
ab ipa natiuitate hz · scdm illud ad ephe ii
eramus na · filii ire · et sapie xii · nequa
est nacio eorz · et nalis malicia ipor
Gra ergo siue vnionis siue habitualis /
no pt dici nalis · q si causata ex pncipiis
nature humane in ipo · quamuis posset dici
nalis / quasi proueniens in naz humana xpi ·
causante diuina na ipius Dici aut nalis
utraqz gra in xpo / in quantu ea a natiuitate
habuit · q ab inicio conceptionis / fuit na humana
diuine psone vnita · et aia eius fuit mune
gracie repleta Ad pmu ergo dcdm q licz
vnio no sit facta in natura · est tamen
causata ex virtute diuine nature · q est
vera na xpi · et eciam conuenit xpo a principio
natiuitatis // Ad iidicendu q no scdm idem
dicit gra et nalis · s gra quidem dicitur
in quantu no est ex merito · nalis autem
dr in quantu est ex virtute diuine nature in
huanitate xpi · ab eius natiuitate // Ad iii
dicendu q gra vnionis no est nalis xpo
scdm humanam naz · q ex pncipiis humane
no causata · et io no oz q conueniat aliis hoibus
est tn nalis ei scdm humana naz · ppr
proprietatem natiuitatis ipius · put sic conceptus est ex
spu sco · vt esset idem nalis filius dei et hois
scdm vo diuina naz est ei nalis · in quantu
diuina na est pn° actiuu huius gre · et hoc
conuenit toti trinitati s huius gre e actiuu
principium &c

Fragment 2

Allen die disen brief sehent oder hörent lesen Künd ich Walther Landolt von Marpach [illegible] die fromen wisen
Lüten hern der Burgermeister dem Rat und Burger gemeinlich der Statt Zürich, Sid ich [illegible] vangnüss gehebt han von
etwas Rod und sachen wegen so ich mich wi gevallen und aber mich nu durch der Fründ [illegible] miner gnedigen frowen der
Eptischin von Zürich gewilliklich iren willen usser vangnüss gelassen hant, Also das ich mit guten trüwen [illegible] und des [illegible]
den heiligen gesworn han die selben sach und min vangnüss niemer mer ze anden noch ze afern [illegible] noch mit wissen denn
[illegible] der obgent miner hern von Zürich und aller ir Burger gemeinlich und jeklichs sunderlich und mit namen aller der die zu der
sach und miner vangnüss hilff Rat oder ir gunst in dekein wise getan oder geben hant [illegible] fründ sin sol und wil. Und sol ouch
mich allen als min fründ ze fründ gewinnen bi dem eid so ich gesworn han an all geuerd. Und wz ouch die obgen min hern von Zürich
umb die vorgeschriben sach fürbas uf mich setzent und mich tun heissent wz sach oder teding dz ist [illegible] sol ich alles gehorsam sin ze
tun und es volfüren an all widerred. Wer aber dz ich oder iemann von minen wegen wider die vorgeschriben urfecht und frúntschaft
iemer ützit getät od schüff da wider getan od ob ich nicht genzlich tät od volfürt dz sol die obgen miner hern von Zürich für
das uf mich setzent und tun heissent dz ein Burgermeister und den Rat Zürich gemeinlich oder den merern teil under inen dücht
dz ich an dekeinem stuk sümig were, der wurd so sol ich inen ze [illegible] pen schuldig und gefallen sin [illegible] gut und
[illegible] an gold und an gewicht. Und dar umb so [illegible] ich inen zu mir unwiderrüflich ze [illegible] und gesellen geben Chünr
Landolt von Marpach min bruder Burkart und [illegible] hern gebruder Niclaus Gunther Johans Gunther [illegible] Johans und Heinrich
Die Gunther [illegible]

Sch. M.
9

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Fragment 3

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg